

VII.

Statuter for Præsternes Kalentgilde i Arsherred.*Ved Holger Fr. Rørdam.*

De gejstlige Kalentforsamlinger efter Reformationen kunne betragtes som en Fortsættelse af Middelalderens Kalent- og Gildevæsen, kun med den Forskjel, at medens de gamle Gilder indbefattede baade gejstlige og verdslige Medlemmer¹, udelukkedes de sidste derimod i Reglen af de senere Kalenter, der bleve rent gejstlige Konventer, hvis Hovedformaal det var at forhandle kirkelige Sager, men hvor dog tillige ligesom i ældre Tid den legemlige Føde kom til at spille en temmelig vigtig Rolle, som man ser af den gamle »Præparatio« til et Kalentgilde, som Pontoppidan har opbevaret os². Det var saa langt fra, at disse Forsamlinger oprindeligt vare den gejstlige Overbestyrelse imod, at den meget mere søgte at fremkalde dem, hvor de vare gaaede af Brug, eller aldrig havde været brugte, forat Præsterne kunde faa Lejlighed til at tale med hinanden om det, der nærmest vedkom deres Embedsgjerning, og saaledes Enhed i Lære og Kirkeskikke beforders. Det viste sig imidlertid snart, at Mad og Drikke, idetmindste paa mange Steder, blev en Hovedsag ved disse Forsamlinger, og omendskjønt Bisperne ved idelige Paamindelser søgte at forhindre den overhaandtagende Umaadelighed i disse Nydelser, laa den dog altfor meget i hele Tidens Karakter til ganske at kunne forhindres. Følgen heraf var, at Regjeringen, samtidigt med at den 1. Maj 1618 befalede, at Landemoder regelmæssigt to Gange aarlig skulde afholdes i hvert Stift, forbød Præsternes Kalentgilder.

¹ Jfr. *Script. rer. Dan.* VIII, 532-38.

² Til et Kalentgilde i *Everdrup* 1598 lod Præsten slagte et Kvæghoved, to Fedesvin, sex Lam, syv Gjæs, ti Par Høns, uden at regne den „Gammelmad“, der fortæredes, som ansloges til næsten ligesaa høj Værdi som Kvæghovedet (*Ann. Eccl. Dan.* III, 48-49).

Efterfølgende ret mærkelige Statuter for Arsherreds Præsters og Degnes Kalent har jeg fundet iblandt nogle gamle sjællandske Synodalia³. Uagtet de ingen Aarsbetegnelse have, tør jeg efter forskellige Kjendemærker med Sikkerhed hensætte dem omtrent til Aaret 1570, og de kunde vistnok betragtes som en Virkning af Biskop Hans Albretsen Synodalmonitum af 1568, hvorved Kalenternes Indførelse anbefales paa de Steder, hvor de ikke vare i Brug⁴. — I vor Tid ere Præstekonventer atter komne i Gang rundt omkring i Landet, og de ere med Rette betragtede som en Livsrørelse i den gejstlige Stand, det vil derfor neppe være uden Interesse at se, hvorledes vore Fædre holdt deres Konventer, et og andet deraf kunde maaske endnu fortjene at opfriskes; men nu, som dengang, at slaa Degnene i Hartkorn med Kudskene, gaar neppe an.

Statuta collatoria pastorum Provinciæ Arsensis.

Quandoquidem collatio provincialis ministrorum verbi suam habet vtilitatem et fines minime contemnendos, vt eo melius omnia secundum Ecclesiasticę ordinationis prescriptum seruentur, Vtile est aliquoties in anno designato loco, per prepositum, parochos et diachonos ad colloquium pium et necessarium conuocari, vbi et quando pie, candide et ordine de ijs, quę ad religionem attinent ministeriumque et oeconomias, conferre valeant, et similiter infortunatis congaudere, mutuo se in adversis consolari, de dubijs docere et discere, et sibi inuicem secundum rationem necessitatis consilia et auxilia communicare queant: quare omni abusu sublato pastores et fratres Arsensis provincię secundum has leges conuenire, consedere et conuiuari sibi presumant.

Debet hec collatio ter in Anno cælebrari:

1. Primo, feria 3 ante pentecosten.

³ Gl. kgl. Saml. Nr. 3667. 8.

⁴ Anføres i *Pontoppidans Ann. Eccl. Dan.* III, 47.

2. Secundo, feria 3 post diæcesanam Synodum 3: post Dominicam magnæ cæne.

3. Postremo, feria 3 ante Michaellem.

Hic numerus et ordo semper seruetur, nisi a Maioribus, quibus obtemperandum erit, alteratur, aut Letanijs ex regio mandato hisce diebus celebrandis impeditur, Tempore enim communis luctus conuiuari signum est maleuolę nature, quę calamitatibus publicis non afficitur, hoc enim tempore melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij.

Determinatis his diebus quotannis ad locum collationis parochi tantum et Diachoni cum suis vxoribus confluant, nec erit omnino interdictum, quin interdum pii et potiores parochorum patroni suscipiantur, quoniam impetrato diuino auxilio et deo propitio omnia prosperantur et fælicius succedunt: Collatio hec primum a cultu dei hoc sequenti ordine incoanda, postremę collationis cælebrator ad sacra in templo peragenda se præparet, Si vero legitimo et probabili impedimento detentus fuerit, vicarium seu vice pastorem sibi constituat: Omnes provincię diachoni sint mature præsentés in choro, qui decenter et moderate cum attentione cantent, Missam a cantione Veni sancte spiritus incipientes, Contio non extendatur vltra horam, Offertorium, quod vocant, reseruat missę administrator, si pro se, si vero pro suo diachono administrat, huic tradatur: id offerens se recepturum speret, quod huic obtulit.

Vnus diachonorum ab omnibus fratribus designatus et approbatus sub concione Elemosinas pro pauperibus petat, et in tabulam, vt vocant, colligat: Elemosynę collectę vna pars istius loci domesticis pauperibus impartiat: Altera vero scholasticis Challundburgensibus distribuatur, cæterorum vero mendicantium curam agat collationis celebrator.

Post peracta sacra in templo, semotis omnibus laicis, Collatio et examen singulorum parochorum et diachonorum fiat in Sacristia seu in Choro, si secretior locus non habeatur, Porro singulorum examen sic de doctrina, studijs,

Libris et profectu vniuscuiusque cognitione sacrarum literarum, quisque interroget libere de quo velit doceri, pronuntiet libere quod de fratre audierat seu quod est in ore vulgi, Mox de ceremonijs vel similibus vel diuersis, vt sint omnes tandem concordēs iuxta ordinationem, ne vulgus ipsum scandalizetur, Hinc de vita, conuersatione, domo, familia, domesticis, fama, vxore et liberis, vt vita cuiusque respondeat doctrine.

Si quę sint simultates quauē controuersia inter fratres quacunque ratione orta, de qua ministerium male potest audire, componatur: Reus vero iuxta concilium fratrum pro ratione delicti mulcta puniatur, Hic nihil dissimulandum erit, quoniam et ædificationi et tranquillitati sit consulendum, qui libere pronuntiat quod vel pro vel contra fratrem nouit, hic vt pietatis amans et charitatis exequutor habendus sit, qui vero dissimulat, iam pietatem abnegavit et charitatem siue fraternitatem omnem exuit.

Postremo vero in singulis capitularibus collationibus seorsim hec obseruentur:

In prima, si pastorum vel diachonorum aliquis habet quod in Synodo Diæcesana curatum cupit, preposito significet, Mox de eo prepositus cum pastoribus consultet et pronuntiet, non enim necesse est Diæcesanę Synodi primores his negotijs grauari, quę in Synodo prouinciali possunt curari.

In secunda, Statuta Synodalia prepositus domum reuersus in Synodo prouinciali pronuntiet.

In tertia, quoniam omnes fere singulis annis Episcopo nostro vigilantissimo, nomine regię M., Cathedriticum seu contributionem sint soluendi, id colligant quod debent et preposito annumerent.

Hoc ordine singulis articulis in sacristia siue in Choro examinatis ad domum conuiuatoris vna parochi et diachoni se conferant, vbi sit trium mensarum honestus tamen mediocris apparatus, prima pro parochis, secunda pro vxoribus, et tertia pro diachonis et aurigis.

Prandium sit in benedictione dei temperans et frugale, cum tribus vel ad summum quatuor ferculis recentibus, Deinde cum potu quantum satis est ad refectionem et hilaritatem mediocrem, non ad ebrietatem.

Finito prandio et sublati reliquijs post gratias lectas cantio consueta, Te deum patrem: seu Summę trinitati pro gratiarum actione sit cantanda, Computatio sit honesta et amica seruans modum hilaritatis sine potandi concertamine, Est enim nimis barbara consuetudo certare poculis nequaquam hominis dignitati conueniens, nedum filijs dei et pastoribus gregis Christi, qui vice Christi funguntur: Est et hilaritatis moderatio summe necessaria, nam cum hilaritas modum excedit in infamiam vertitur, Colloquia seruiant honeste hilaritati et ædificationi mutę: Absit deieratio, absit futilitas, absit garulitas, absit acerbitas, absit scurrilitas, absit iurgium, absit male de absentibus loquendi libido, quisque sit moderatus in verbis iuxta id Catonis:

Inter conuiuas fac sis sermone modestus,

Ne videre loquax, dum vis vrbanus haberi.

Si interdum iocus et iucunda misceantur, sint sine amaritudine et directa contumelia, Inter colloquia hoc sit minime contemnendum, quod Paulus precipit: Loquentes inter vos mutuo per psalmos, hymnos et cansiones spirituales, canentes et psallentes in corde vestro domino, vt post primam cansionem sub secunda prandii hora cantanda erit, Apparuerunt Apostolis, Sub tertia vero hora, Ite in orbem: Deinde sit conuiuii finis, vt ante solis occasum quisque domum discedat, nemo vero in domo conuiuii nisi summa necessitate coactus pernoctabit, sed propriam domum petat, vt omnia mediocriter et honeste gerantur, sicut decet sanctos.

De pæna transgressionis.

Contemptores horum vel in ordine redigantur, vel prorsus arceantur.

Transgressores vero mediocri iuxta leges sequentes mulcta puniantur.

Si quis pastor seu diachonus, qui cum vxore sua ad locum collationis statuto tempore non confluerit, nisi legitima excusatione per proximum suum vicinum purgatus, duabus marcis mulctetur: eller 1 tønde tyst øll. Sententia esto eadem de ijs, qui ex mandato Regij prefecti vel Episcopi per prepositum conuocati rebelles se prebuerunt.

Si postremę collationis celebrator ministerium in templo celebrandum ad futuram proximam collationem neglexerit, quatuor marcis mulctetur.

Quicumque diachonus satis mature non aderit 4 solidos expendet.

Qui minister pauperum designatus quod sui officii est neglexerit, pauperibus ex priuato 24 solidos erogabit.

Si quis fratrum inter conuiuandum id mouerit contra fratrem, quod in Sacristia mouendum esset, et primo vel secundo a preposito vel alio quocunque fratre admonitus acquiescit, marcam soluat, Si vero non acquieuerit et hac perturbatione animum fratrum leserit, in proxima sequenti Synodo tres fratres de eo pronuntiabunt.

Qui potandi concertatione deierationibus, futilitate, garulitate, acerbitate et scurrilitate honestam hilaritatem vel mutuam ædificationem perturbarit, vel famam absentis leserit, trium marcarum mulcta castigetur.

Qui iuxta leges predictas aliquid debere tenetur, vel pro absentia, vel alio quocunque delicto, Id in capitulo proximo sequente vel persoluat vel pronuntiatorem vel fidei iussorem in medium statuatur.

Huius mulctę una pars scholasticis Chalundburgensibus erogetur, Altera vero iuxta voluntatem fratrum custodiatur.

Pugillus siue pugio omnino sit interdictus, Statui politico competit fortitudo bellica, Ecclesiastico vero togata: constantia animi perseuerantis in proposito honesto recte suscepto iuxta vocationem, et tolerantis iniurias propter honestam causam et moderantis iracundiam et vindictę cupiditatem, et remittentis offensiones in mansuetudine, qui

ergo pugionem gestare presumpserit, status sui contemptorem aperte se esse demonstrat.

Quandocunque fratrem aliquem pastorem ad beatam et æternam omnium sanctorum et angelorum consuetudinem ab hac omnium miseriarum valle euocauerit omnipotens deus, autor vitę et glorię, huius obitus vel per prepositum vel per proximum eius vicinum omnibus fratribus denuntietur, qui nisi legitimo impedimento detentus venire vel adesse recusaverit, duas marcas fratribus exponet.

Qui ministrarit vitę fratris ad mortem, et ministret sepulture eius ad vitam.

Bona siue redditus calendarum prouintię huius recto et iusto ordine de vicino ad vicinum procedant, Hoc solo excepto, quod defuncti fratris pastoris relictæ vidua eius anni, in quo obiit, redditum ex indulgentia fratrum pro consolatione occupabit, et mox ad ordinem vnde decessit redeat.

Quicumque siue pastor siue vidua redditus hos per adiudicationem fratrum possidet, consuetam contributionem R. M. in arce Chalundborgensi satisfaciatur.

Interea diachonus non erit neglectui tradendus, cui ex hoc redditu par calceorum ex pastore suo debetur.

Oremus.

Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti nobis famulis tuis in confessionem vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Maiestatis adorare vnitatem, quesumus ut eiusdem fidei firmitate semper ab omnibus muniamur aduersis, per Christum dominum nostrum, Amen.

Som Tillæg til de Efterretninger om Kalentvæsenet, som Indledningen indeholder, kan endnu bemærkes, at skjønt Gilderne (convivia) ophørte som Følge af det kongelige Forbud, fandt jævnlige Præstemøder, der ofte kaldes Kalenter, endnu Sted gjennem hele det 17de og, idetmindste paa flere Steder, noget ind i det 18de Aarhun-

drede, indtil den skriftlige Meddelelse, de bekendte interessante Provstecirkulærer, traadte i den mundtlige Forhandlings Sted.
